

Nam fundamentum primarium magis attendi debet quam secundarium, seu fundamentum denominationis DEI intrinsecum καὶ αὐτὸν proprium, & inseparabile, primarium est, & magis attendi debet, quam fundamentum extrinsecum commune, separabileς καὶ ἄλλο & secundarium. Illud E. λόγῳ magis convenit, quam hoc. Quidam revelatio voluntatis Divinæ non notat Essentialē quid λόγος DEI, sed esse quoddam accidentale & extrinsecum. Generatio vero ejusdem à Patre æterna ipsum λόγος substantiale esse notat. Et sic utroque modo Filius DEI dicitur respectu æternæ Generationis καὶ εστιν ad intra; respectu v. revelationis voluntatis Divinæ καὶ εξ αὐτοῦ quoad extra. 3. Generatio λόγος DEI hyperphysica convenit cum Generatione λόγος nostri sc. τοῦ Δικαιοῦ non autem φερεικός (Pater enim est in Filio & Filius in Patre sc. per Essentialē φερεικόν seu permeationem) 1. quā originem, nam sicut λόγος noster internus, ratiocinatio & discursus noster à mente nostra nascitur in eaqvæ & manet; Ita & λόγος Dei i.e. Filius Dei à Patre ab æterno genitus est Ps. ii. 7. Filius meus es tu, Ego hodiè genui te. Et filius in Patre quoq; manet Joh. i. 14. 20. Ego in Patre sum & Pater in Me sc. per φερεικόν essentialē. 2. Quā repræsentationem, nam sicut λόγος noster est simulachrum mentis nostræ; Ita & λόγος DEI est imago Patris & Character substantiæ ipsius. Col. i. 15. Hebr. i. 3.

Q. V. Quid per verbum vitæ intelligatur? Resp. verbum vitæ duplex esse, aliud i. φερεικόν, quod nil aliud est, quam verbum Evangelii de gratuita peccatorum remissione & vita æterna, per fidem in Christum conseqvendā. Et hoc verbum expressè vocatur verbum vitæ Joh. 6. 68. 69. Hic verbum φερεικόν verbum vitæ appellatur, quia per prædicationem Evangelii salus & vita æterna omnibus hominibus offertur, & in Christum credentibus confertur, & ob-signatur, quod testatur Christus ipse Joh. 5. Scrutamini scripturas & Paulus Rom. 1. 16. Evangelium est potentia DEI ad salutem omni credenti. & i. Cor. i. 21. Placuit DEO per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Aliud verbum vitæ est Hypostaticum seu Essentialē & substantiale, quod est ipse Filius DEI, & tale verbum in præsenti loco intelligitur, quando Apostolus inquit: Quod erat ab initio. Quod minus vero hoc in loco verbum Evangelii prædicatum intelligatur, obstat periphrasis Apostolica, quā verbum vitæ h. l. ita circumscri-